

226

224

230

(Sidone) in Cyprum navigasse. Itaque aulonem ingressi Cilicum  
vidimus Ciliciam, patriam illam nobilem, in qua est civitas illa  
nominata Tharsum vel Tharsis aut Tharsus, de qua jactat se  
S. Paulus natum fuisse Actor. XXI.; ideo etiam tharsensis dicitur.  
Et haec civitas ab antiquo adeo fuit Romanis confoederata, quod  
tamquam cives romani habebant nati de Tharso Ciliciae. Ideo  
S. Paulus Romanum se asserebat Actorum XVI. et XXII.

220

235

215

In hunc autem modum fuit S. Paulus civis romanus,  
quia penula fuit data patri Pauli a Romanis, quando susceptus  
est in socium et civem romanum. Erat enim penula vestis con-  
sularis, qua inducebantur consules romani ingredientes in curiam.  
Hanc sic meruit pater Pauli, Romani enim mundi domini hanc  
habebant consuetudinem, ut quaecumque gens cum pace et coronis  
eis occurisset, darent eis libertatem esse eorum fratres et con-  
cives romani, et constituendi consules. Pater igitur Pauli trans-  
latus de Iudea Tharsum venientibus Romanis occurrit et penulam  
promeruit et civitatem romanam pro se et suis liberis. Insuper  
ante res Romanorum legitur Ciliciam ab Amazonibus libertati datam,  
Syria enim eis subacta Cilices eis cum donis occurrerunt, polliciti  
imperata facturos, qua ex re eos liberos fecerunt, ut habet Dio-  
donus Lib. IV. C. 4. Antiquarum rerum. Quid autem hoc nomen  
Tharsis importet vide Hieronymum ad Marcellum.

275

175

325

125

Est tamen notandum, quod India dicitur etiam Tharsis in  
Scriptura, et Carthago civitas Africæ, et haec civitas Ciliciae, ut  
habet Jeronymus de distantiis locorum. Hic Herodes citatus Ro-  
manam pertransiens, cum audivisset tres reges navibus transvectos,  
jussit incendi naves, Psalm: In spiritu vehementi conteres na-  
ves Tharsis. Ad illum locum confugere volebat Jonas a facie  
Domini, ut dicitur Jonae I. vel in Africam, ut dicitur P. I.  
fol. 79 A.

Ende

Est etiam in Cilicia urbs Thorsicas dicta, unde crocum plu-  
rimum et optimum venit, spiramine fragrantiori et colore aureo.

Anfang

Porro ipsa provincia Cilicia dicta est a quodam, qui nomina-  
batur Cilix, filio Agenoris. Hic Cilix homo acris ingenii et robusti  
corporis fuit, et cum fratres seniores se haberet nec successionem  
regni speraret, relicta sua patria Phoenice in hanc provinciam  
venit eamque possidens ex se Ciliciam nominavit. Ejus pater

